



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

10. Dies Maii. O quanti Veritatem quærunt non in veritate: quæsitam  
inveniunt non ad veritatem, sed ad vanitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

## 10. DIES MAII.

**O** quanti Veritatem quærunt non in veritate : quæsitam inveniunt non ad veritatem, sed ad vanitatem. *Richardus de S. Pet. Etore serm.*

**Curiositas in novissimis scientiis.**

I. **D**logenæ morum, nescias acrior Censor, an eruditus Præceptor, tria hominum genera carpere solebat & curiositatibus arguere, Historicos, Musicos, Astrologos. Hos tres, ternis his punctis pungemus, ut inanem scientiis comparandis curiositatem castigemus. Carpendi Historicæ: arguendi sunt, quod inquirendos, quid ubique terrarum olim est gestum, modò geratur in orbe, ignari quid agatur in cordis. Quid inde fructus, scire quomodo Jupiter dux uxorem, quæ fuerit patria Homeri, de Æneas marvera, an Sappho publica fuerit, & alia quæ erant discenda si scires? Quid stultius quam sagaciter rimari quid agatur apud Garamantas, & Indos, & negare quid agatur intra nostra præcordia, & fibra habes cujusque Regni & Republicæ statum exploratum, & non consideras animi statum deploratum. Non nocebit ista transire, quæ non proderit scientias, ubi omnes fastos, & annales cognoveris sic tior, non melior. Non opus est voluntare historias & volvere historicos, ut quid tibi sit faciendum boni, aut declinandum mali, intelligas. Quidquid in meliori

meliores, beatosque facturum est, Deus aut aperio,  
aut in proximo posuit.

II. Musicos carpebat Diogenes, quod cum citha-  
riz fides artificiosissime contemperarent, & in suavis-  
simam aptarent harmoniam, animæ tamen suæ fa-  
cilitatibus tam male moderarentur, moribusque in-  
conciinis essent, ac dissonis; curisque in hominum  
auribus demulcendis, tantum operæ, ac laboris po-  
nerent, in mente sua componenda, pravisque ejus  
motibus sedandis, essent tam socordes. Musica mon-  
strat tibi qui sint modi flebiles? monstrat potius quo-  
modo inter diversa non emittas flebilem vocem. U-  
tilius disces modum ex dolore pulsandi corda, quam  
chordas. Satius est comprehendere bene unum  
punctum Fidei, quam esse gnarum ludendi fidibus.  
Sepè infringuntur virtutum nervi, cithararum, dum  
mollia canuntur, nervis. Nam impudicitiae aditus a-  
peritur, dum hic agili plectro tinnientis testudinis so-  
nos expedit, ille docili digito laborantis organi blan-  
dimento componit. Unde facile dum suavi voce  
mulcetur auditus, ad turpe facinus invitatur aspe-  
ctus. Nemo igitur insidiosis cantibus, & flexanimis  
modulationibus credet, quæ cum oblectant, sœviunt,  
cum blandiuntur, occidunt. Quapropter quid con-  
fert musica quæ nec ignorantis nocet, nec scientem  
juvat? si tanta tibi canendi est libido, hic potius præfi-  
carum instar, flebili lessu, cane in valle lachrymarum  
velut exul funebria epicedia, ut posteà in cælis, velut  
victor, canas jucunda epinicia.

III. Sequitur tandem Astrologus: hunc insimu-  
labat Diogenes vesaniæ, quod sui oblitus inter fide-  
ravagaretur, rotusque sphærarum, ac globorum

cœlestium ordini, proportioni ac numero intenuit  
virtutes quæ fulgore, & radiis stellas omnes multe  
gradibus excedunt, pulcherrimamque in anima hu-  
moniam efficiunt, negligeret. Quid referet me scilicet  
ut solitus sum cum Saturnus, & Mars contraria  
constabunt? aut cum Mercurius vespertinum facie  
occasum vidente Saturno? potius quam ut hoc di-  
cam, ubicumque ista sint, ut sum semper inter dissimili-  
lia mei similis. Conducet magis ad salutem, caven-  
te sol occidat supra meam iracundiam, quam inves-  
tigare solis eclipticam. Suspicio illam Astrologiam,  
quæ eò me deducit, ut cælum contemplatus exclu-  
mem: *Quam sordet mihi terra, dum cælum aspi-.*  
Scitè Demonax, cum quidam inquireret, an mundus  
esset animatus? & rursum, an globosus? Vos, inqui-  
de mundo soliti estis; & vestram ipsorum immuni-  
ditiam non curatis. Sic multii impensiùs sunt solici-  
ut aspiciant stellas, quam ut fulgeant quasi stellæ  
perpetuas æternitates: & ut intelligent labores, &  
defectiones mutabilis lunæ, quam ut ipsi stulti no-  
mutentur ut luna: & ut in cœlo percipient plane-  
tam Veneris, quam ut extinguant in se ignem Ven-  
eris. Stude potius animum excolere virtutibus, quam  
inhærere aspiciendis sideribus.

*Virtute excultus, tolles ad sidera vultus.*

## II. D I E S M A J I.

Superbia etiam in rectè factis cavenda, ne  
homo dum quod Dei est, deputat suum  
amittat quod Dei est, & redeat ad suum  
*S. August. de Nat, & Grat. cap. 32.*

I. Num.

(a)